Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



In primo. nocturno. Sancti tui domine. Incipit passio sce. Alexandri. eventi tempore quo. Theodosius. et Theodorus. Alexandrum papam iussit sibi aurelianus comes exhiberi. dixit ei. Exquo ante principatus. ut omnia fecit uestre mansuetudini manifestus. ut sciam cur principem nescio quem optatis uos occidi magistratum. Sces alexander dixit. Quid queris scire et non permittit te a xpo scire dari tibi. ℟. Preciosa mee. ii. Aurelianus dixit. Ergo ego causam habeo. Sces alexander dixit. Unam causam esse scio. quod tibi prius et ecclesie bene uisum est. Causam enim inimicum etenim primatus facere suus non uult. sed semel mortuus et corpore simul moritur et flatu. ℟. Tribularer. iii. Si autem quis adeo simultudinem recesserit. reus erit etenim superbiens. sicut ille reus et tibi. qui similitudinem siue imaginis tue. siue statua tua. ausus fuerit inquinare. Cum uero tu temporalis sis. et temporales homines inferes penas. deus autem qui eternus est. eternas peccantibus infert penas. et eterna incendia. ℟. Quippe tua. iiii. Aurelianus dixit. Si interrogationibus meis non satisfeceris. scias te uerberibus affectandum. Sces alexander dixit. Tyranne. quod et quod talia temerario ausu perquiris. et hoc a me. qui superbe regem meum habeo qui in celis est. et alterum omnino in numero. Errasti uite puras in credendo et discernendo ad xpianos hominibus eruditi. ℟. Vidi ciuitatem. In. ii. Ver. Leticie. v. Aurelianus iratus iussit scm alexandrum eleuari in eculeo. et torqueri et unguibus atque lampadibus affectari. Cumque diu hoc faceret. et nullas ille emitteret uoces. dixit ei aurelianus. Quare taces. Sces alexander dixit. Qui a tempore orationis homo xpianus cum deo loquitur. ℟. Candidi facti sunt. vi. Dicit ei aurelianus. Responde ad omnia que te interrogo. et cessare faciam uerbera a te. Sces alexander dixit. Stultissime ego te increpo. quia de tua crudelitate non curo. Aurelian dixit. Considera quia triginta annos etas est. quare tua uis perdere iuuentute. Sces alexander dixit. Unam tu animam tuam non perderes. ℟. Iudea. Hierusalem. vii. Cum autem esset in eculeo sces alexander. misit pro eo aurelian ad eum dicens. Libera te et dimitte istum scm alexandrum. qui et tu mala morte morieris. es. et me uiduam derelinques. Aurelian dixit. Nonne amicus tuus est. et ideo talia loqueris. ℟. In seruis suis. viii. Deposito seo alexandro. iussit aurelianus applicari euennum et Theodolum. Tunc interrogans aurelian dixit. Die michi alexander. qui sunt isti. Respondit sces alexander. Ambo uiri sci. ambo